

manica legitur verbum *dieneten*/ illud de cultu
Deo sacrificiis exhibendo, non vero de ministerio
in templo peragendo accipi debet.

THESIS IX.

*Viduam ducere non poterat sacerdos
summus.*

§. 1.

Sacerdos summus sive esset unctus, sive inau-
guratur vestium sacrarum induitione, sive actu ser-
viret, sive electus ad serviendum immortali Deo
esset, sive etiam unctus ad bellum esset, ducere vi-
duam non poterat, adeoque hæ circumstantiæ
personæ sacerdotis summi non attendebantur, sed
lex de non ducenda vidua manebat firma. *Vid.*
Majmon. de illicito connubio c. 17. §. 1.

§. 2.

Sacerdos autem summus incurrebat poenam,
si